



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118561**

§. 24. Bonifacium post Dragutis recessum a Cæsareis recuperatum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

Sæcul. XVI.  
A. C. 1553.

§. XXIV.

*Bonifacium post Dragutis recessum  
a Cæsareis recuperatum.*

*Thuau. l. 12.* Postquam Dragutes recesserat, Polinius, seu Baro de Lagardia militum triemibus imposito Calvium contendit arcem obsessurus, qui tamen, cum Augustinus Spinola una cum viginti sex triemibus vix adventaret, mox obsidionem solvere cogebatur, quinimo Thermus quoque ad locum, quem in vicinis montibus muniverat, sese recipere fuit compulsus. Paulo post Andreas Auria, licet ferme octogesimum septimum ætatis suæ annum ageret, ad Genuensium preces summum Reipublicæ imperium acceptabat, ac cum toto exercitu suo Corsicam versus cursum dirigebat: cum autem Mense Novembriam ineunte hyems ingrueret, Corsicæ promontorium secunda navigatione prætervectus, ad Sancti Florentii oppidum, quod Galli valido præsidio servabant, atque propugnaculis munitabant, classem suam appulit, locumque obsidere statuit, ad hujus consilii executionem præprimis animatus quarundam navium adventu, quæ unacum quatuor Hispanorum millibus a Philippo Caroli V. Filio submittebantur. His suppetiis, aliisque a Cosma Florentiæ Duce

Duce submissis Cæsarei præprimis Ba-  
 siliam recuperare decernunt, nulloque  
 negotio illam expugnant; eoquod non-  
 nisi quinquaginta Gallis, qui tamen  
 fortiter resistere, munita esset: Inde  
 vero totus belli impetus in S. Florentii  
 oppidum vertebatur, quod quoque Galli  
 anno sequenti post trimestrem obsidio-  
 nem victoribus tradidere, potius ex-  
 pugnati per constantiam Aurixæ, qui  
 nullo neque gravis sui senii, neque affi-  
 duo curarum incommodo fractus obsi-  
 dionem media hyeme constantissime pro-  
 sequebatur.

§. XXV.

*Lis inter Albertum Brandenburgicum,  
 atque Episcopos discussa.*

Ineunte hoc anno Robertus Lenoncur-  
 tius Cardinalis Metensis Episcopus  
 ad suam Diœcesin reversus, magnam  
 sibi jurisdictionem vindicabat, instituto  
 novo Senatu ex illis ferme civibus, qui  
 Gallorum studiis addicti erant: Præ-  
 terea Galliarum Rex die ultima Februa-  
 rii epistolam ad Imperii Principes, &  
 Ordines scriptam evulgabat, qua eo-  
 rum animos a Cæsare alienos reddere  
 satagebat. (\*) Supererat adhuc nego-  
 tium

Sæc. XVI.  
 A.C. 1553.

Belcar.  
 comm. l. 26.  
 n. 27.  
 Thu. l. c.  
 Sleid. p. 912.

O o 2

tium

(\*) Thuanus Scriptor natione Gallus hanc  
 epistolam, a Rege eo sine scriptam testatur, ut  
 Cæsa-